



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Christum sepe videt. 59

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

maco fortè hausto vix etiam dum abierat, cùm nuntiatur nauigationem properari. Medici proinde negare, rectè facturum, si cõscenderet; & rem periculi compertam dicere. At ille morem potiori medico gerens, proficiscitur; & secus quã oës metuerant, integrè conualefcit. 58 Inter nauigandũ mala facinora fiebãt multa; quæ IGNATIUS, pro suo in Deum studio, liberius vindicabat, quàm vt vectorum aures paterentur. Eò constituerunt nauitæ illum aliqui in insula vspiam deserta exponere, & clanculò incautum relinquere. Nec longè iam à scelere aberant, cùm subita se procella in nauim intulit, magnoque illam impetu in altum reiecit. Itã ventis pro IGNATIO dimicantibus, portum nefarij consilij tenere nequierunt. 59 Per eos dies sepe Christ⁹ illi cõspicius fuit, & mirifica voluptate

captum, denique ad pridie Calendas Septembres in portum, & quinto post die in urbem sacram induxit: cum Venetijs pridie Idus Julias discessisset.

60 Hic supra quam credi facile potest, magnis lætitijs inundari IGNA TIVS, cum eminus primæ religionis rudera aspiceret; urbem veteribus monimentis inclytam, ac tot prodigiorum feracem. Ibi quoad morari licuit, assiduis gaudijs affluebat: & nova semper voluptas erat, loca alia ex alijs obire; eaque præsertim vestigia religiosè venerari, quibus olim impressis, humum hanc Christus nobilitarat.

61 Nec verò consilium illi fuit, inde aliquando excedere; sed omnem ibi de cætero vitam & hisce studijs, & traducendis ad Christum barbaris addicere: quamquam, ne quas gloriolas mer-